UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

Caput XVI. De Divini numinis erga Honorium benevolentia; & de ejusdem obitu. Item de successoribus illius, Valentiniano scilicet & Honoria filia. Et de pace quae tunc fuit ubique terrarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

ἅμα Ἰουλιανῷ τῷ παιδὶ παραπεμφθεὶς εἰς Ἰταλίαν, πρὶν φθάσαι, κατὰ τὴν ὁδὸν κτίννυται. οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἀδοκήτως ἀναιροῦνται Ἰοβιανός τε καὶ Μάξιμος οἱ προειρημένοι τύραννοι, καὶ Σάρος, καὶ ἄλλοι πλεῖστοι ἐπὶ τούτοις, ἐπιβουλεύσαντες τῇ Ὁνωρίου βασιλείᾳ.

Κεφ. ιϛʹ.

Περὶ τῆς τοῦ κρατοῦντος Ὁνωρίου θεοφιλείας, καὶ τῆς τελευτῆς αὐτοῦ, καὶ περὶ τῶν διαδόχων αὐτοῦ, Οὐαλεντινιανοῦ, καὶ Ὁνωρίας τῆς θυγατρός· καὶ περὶ τῆς τότε κοσμικῆς εἰρήνης.

Ταῦτα δὲ καταλέγειν, οὐκ ἐπὶ τοῦ παρόντος καιροῦ· ὅμως δ' ἐν ἀναγκαίως ἐμνήσθην, ὡς ἂν ἔχοιμεν εἰδέναι, ἀρκεῖν βασιλεῖ πρὸς φυλακὴν τοῦ κράτους, ἐπιμελῶς τὸ θεῖον πρεσβεύειν, ὁποῖος καὶ οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐγένετο. τούτῳ δὲ συνῆν καὶ Γάλλα Πλακιδία, ὁμοπατρία αὐτοῦ ἀδελφή, παραπλησίως πολὺν ποιουμένη λόγον τῆς θρησκείας καὶ τῶν ἐκκλησιῶν. ἄγεται δὲ ταύτην Κωνστάντιος ὁ τὴν Κωνσταντίνου τυραννίδα καθελών, ἀνὴρ μαχιμώτατος καὶ στρατηγικός· ὃν ὁ βασιλεὺς γεραίρων, τῇ ἀδελφῇ στεφάνῳ τε καὶ ἁλουργίδι καὶ τῇ κοινωνίᾳ τοῦ κράτους ἐτίμησεν. ὀλίγον δὲ χρόνον ἐπιβιώσας, ἐτελεύτησεν, Οὐαλεντινιανὸν τὸν ὕστερον διάδοχον καὶ Ὁνωρίαν, παῖδας καταλιπών. ἐν τούτῳ δέ, τὰ μὲν πρὸς ἕω τῆς ἀρχομένης, πολεμίων ἀπήλλακτο, καὶ σὺν κόσμῳ πολλῷ τὰ τῇδε ἰθύνετο παρὰ τὴν πάντων δόξαν· ἦν γὰρ ἔτι νέος ὁ κρατῶν· ἐδόκει δὲ ὁ Θεὸς περιφανῶς ἥδεσθαι τῇ παρούσῃ βασιλείᾳ, οὐ μόνον ἐξ ἀπροσδοκήτου τὰ περὶ τοὺς πολέμους ὧδε διαθείς, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἐπ' εὐσεβείᾳ πάλαι εὐδοκιμηκότων τὰ ἱερὰ σώματα ἀναφαίνων· οἷον δὴ καὶ τότε ἡμῶν συνέβη ἐπὶ Ζαχαρίᾳ τῷ παλαιοτέρῳ προφήτῃ, καὶ Στεφάνῳ τῷ διακόνῳ χειροτονηθέντι παρὰ τῶν ἀποστόλων· ἑκατέρου δὲ τῆς εὑρέσεως παραδόξου καὶ θείας οὔσης, ἀναγκαῖον εἰπεῖν τὸν τρόπον.

Κεφ. ιζʹ.

Περὶ τῆς εὑρέσεως Ζαχαρίου τοῦ προφήτου, καὶ Στεφάνου τοῦ πρωτομάρτυρος.

Ἄρξομαι δὲ τοῦ προφήτου· Χαφὰρ Ζαχαρία, κώμη ἐστὶν ἐν ὁρίοις Ἐλευ-

A Juliano filio in Italiam miſſus, antequam eò perveniſſet, in itinere eſt occiſus. Nec multo poſt Jovinus & Maximus Tyranni, quorum ſuperius mentionem fecimus, ex improviſo interfecti ſunt: Sarus item & alii præterea complures, qui Honorii Imperio fuerant inſidiati.

Caput XVI.

De Divini numinis erga Honorium benevolentia; & de ejusdem obitu. Item de ſucceſſoribus illius, Valentiniano ſcilicet & Honoria filia. Et de pace quæ tunc fuit ubique terrarum.

B Sed hæc ſigillatim recenſere, non eſt hujus loci. Obiter tamen commemoranda eſſe duxi, ut ex iis perſpicere poſſemus, Imperatori ad cuſtodiam Imperii ſufficere, ſi ſtudioſus ſit Divini numinis cultor: cujusmodi certe fuit Imperator iſte. Degebat cum illo Galla Placidia ſoror, eodem patre nata: ipſa quoque religionis & Eccleſiarum maximam curam gerens. Eam uxorem duxit Conſtantius, is qui Conſtantini Tyrannidem extinxerat, vir ſtrenuus & rei bellicæ peritiſſimus. Quem Imperator remunerans, ſororis conjugio, & purpurâ ac diademate, Imperiique conſortio ho-

C noravit. Verum hic cum exiguo tempore ſupervixiſſet, defunctus eſt: relictis liberis, Valentiniano qui poſtea in Imperio ſucceſſit, & Honoria. Per idem tempus Orientis Imperium hoſtibus penitus vacuum erat, & præter omnium exſpectationem ſummo cum decore reſpublica illic gerebatur. Quippe Imperator adhuc infirmâ ætate erat; Sed Deus præſenti tum Imperio delectari videbatur, quippe qui non ſolum bellicos motus præter omnium ſententiam hujusmodi exitu terminaverit: verum etiam multorum qui ſanctitatis causâ olim cele-

D bres exſtitiſſent, ſacra corpora patefecerit. Cujusmodi illud eſt, quod tunc temporis evenit in Zacharia, vetuſtiſſimo propheta, & in Stephano diacono, ab Apoſtolis ordinato. Utriusque autem inventio cum admiranda ſit ac plane divina, quomodo acciderit, neceſſario exponendum eſt.

Caput XVII.

De inventione Zachariæ Prophetæ & Stephani Proto-Martyris.

Ordiar autem à Propheta. Chaphar Zachariæ, vicus eſt in finibus